



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCII. Confirmatio literarum Procuratoris Generalis Ordinis S. Francisci
Discalceatorum, quibus declarat novum Conventum, & Ecclesiam SS. 40.
Martyrum de Urbe ad Fratres Discalceatos nationis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinfertas Capitulationes; & Decretum cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 6. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Collegii etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Maii 1737. Pontificatus nostri Anno VII.

CCII.

Confirmatio literarum Procuratoris Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum, quibus declarat novum Conventum, & Ecclesiam SS. 40. Martyrum de Urbe ad Fratres Discalceatos nationis Hispaniæ, & Indiarum tantum pertinere.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. **E**Xponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetus de Molina Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, Secretarius Generalis Curie tam dictorum Discalceatorum, quam Recollectorum, quod jussu nostro capta pacifica possessione Ecclesiæ, & loci Sanctorum quadraginta Martyrum Urbis nostræ pro erigendo Conventu Reformationis S. Petri de Alcantara, & residentia Procuratoris Generalis pro tempore existentis ejusdem Reformationis, & retinendi familia competenti ad servitium Chori, atque Ecclesiæ, & observantiam disciplinæ Regularis; Dilectus filius Gildardus Duflos modernus Procurator Generalis præfati Ordinis cupiens præcavere plurima inconvenientia, quæ decursu temporis oriri possent, si familia præfati novi Conventus foret promiscua diversarum nationum, quæ pendent a Generali ejusdem Procuratore, pro suo Justitiæ, boni communis, & disciplinæ regularis zelo communicatis etiam Consiliis cum ipso Petro Joannetio, & approbantibus Provinciis interesse habentibus, convenit, & declaravit, quod novus Conventus SS. quadraginta Martyrum, ut præfertur, tantum esse Fratrum Discalceatorum nationis Hispaniæ, & quod solummodo iidem Discalceati Hispani deberent, & possent componere Communitatem, seu familiam præfati Conventus, reservato tamen Procuratori Generali pro tempore existenti, cujuscumque fuerit nationis Jure in eodem Con-

ventu cum suis necessariis Ministris quos hætenus haberi consuevit, residendi, ut latius continetur in literis a præfato Gildardo Priore Generali subscriptis, quæ sunt tenoris sequentis videlicet:

§. 2. Ego infra scriptus F. Gildardus Duflos Procurator Generalis Fratrum Minorum Discalceatorum, & Recollectorum in Romana Curia mature perpendens, quod Provincia Discalceatorum Hispaniæ ex communibus elemosynis, vel etiam ex emendicatis, & procuratis ad hunc finem administraverunt summam scutor. 2032. monetæ Romanæ cum qua effectuatæ est emptio loci SS. 40. Martyrum pro fundatione novi Conventus in Urbe, & insuper administraverunt aliam summam scutorum 1614. pro emptione alterius Domus D. Abbatis Josephi de Herrera Hispani, quæ est contigua dicto loco fundationis. Et alias pecuniarum summas mittere disponent ad effectum reducendi ad formam Regularem eandem novam fundationem. Et præterea plura mobilia miserunt signanter pro Ecclesiæ, & Sacrificiis.

Considerans ulterius, quod Provinciæ Portugalliæ nihil prorsus miserunt, neque mittere disponent ad hunc finem. Provinciæ autem Recollectorum Galliæ, licet ante inceptam fundationem se se exhibuissent ad contribuendum effectuationi ejusdem cum competenti summa pecuniarum: modo tamen se excusant aliqua adducendo deficientiam elemosynarum, & alia protestantes se nolle concurrere nisi omnes aliæ ejusdem nationis effectivè concurrant; Unde fit, quod nulla sit spes, quod dictæ fundationi contribuant. Et ego solus pro meo posse contribui applicando, uti effectivè applicavi usque modo summam scutorum 320. monetæ Romanæ ad me missa pro mea, & sociorum meorum manutentione, principaliter a mea Provinciæ S. Andreae in Belgio. Quæ quidem summa partim inservivit pro aliquibus mobilibus comparandi, & residuum pro communibus expensis pro victu. Et insuper paratus sum ad contribuendum eodem modo in posterum cum elemosynis, quæ ad me mittentur, ut omnia exactius constabant ex Regestis hujus novæ Fundationis.

His omnibus attentis, quæ uti vera sunt coram Deo, ea pro Justitiâ cuique debita volui explicata, & quod Provinciæ Recollectorum mihi replicatis literis significaverunt se non curare de hac eadem fundatione, propterea, ne eadem præpediatur, & opus cum consensu communi Provinciarum inceptum ad majorem Dei gloriam cum ejusdem detrimento, & etiam boni communis nostræ Reformationis evanescat, declaro, & gratum habeo, id exigente Justitiâ, hanc novam fundationem jam inceptam in loco Sanctorum 40. Martyrum Urbis pertinere ad Provinciæ Discalceatorum Hispaniæ, neque aliæ nationes poterunt prætereire jus mittendi Fratres de familia ad hunc novum Conventum, sed tantummodo dictæ Provinciæ Discalceatorum Hispaniæ, comprehensis Provinciis Indiarum Catholico Regi subjectarum; salvo tamen remanente Jure Procuratoris Generalis cujuscumque sit nationis residendi in dicto Conventu cum suis necessariis Ministris, & recipiendi advenas, & forenses Discalceatos, & Recollectos, ad Urbem quocummodo accedentes ad tenorem Decreti Sacre Congregationis Episcoporum, & Regularium emanati sub die 16. Decembris anni Domini 1735. pro peragenda hac nova fundatione. Et ita declaro omni meliori modo &c. In hoc nostro Conventu S. Paschalis Baylon, & Sanctorum quadraginta Martyrum Urbis hac die 12. Julii anni Domini 1736.

Et ego infra scriptus Secretarius Generalis Curie ex parte Provinciarum Discalceatorum Hispaniæ, & Indiarum acceptavi dictam declarationem, & respectivè præservationem. Et insuper promitto, quod ubi hæc nova fundatio erit in statu manutendi competentem familiam, &

fabrica

Literas hac
super re dat.Sicque ubi-
que servan-
dum præci-
pitur.Obstantibus
derogatur.Dat. die 27.
Maii 1737.
An. VII.Procurator
Generalis
Ordinis ad
tollenda dis-
sidia præca-
vet ne in
Conventu
40. Marty-
rum Fratres
admittantur
aliarum Na-
tionum præ-
ter Hispani-
cam.

Hujusmodi
declaratio-
nem confir-
mari petita
Pontifice.

Benigne
concedit
Clemens.

Hanc Con-
stitutionem
perpetuo
servari man-
dat.

Contraria
tollit.

Dat. die 1.
Junii 1737.
An. VII.

CCIII.

Canonizatio B. Vincentii a Paulo Fundatoris
Presbyterorum Sæcularium Congregationis
Missionis, & Societatis Puellarum, quæ Cha-
ritatis nuncupantur.

CLEMENS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.*

Proximum.

§. 1. **S**uperna Hierusalem, & Beata Dei vi-
ventis Civitas, in qua a Cœlesti Patre-
familias unus æternæ vitæ denarius æqualiter om-
nibus, qui in Vineâ suâ operati sunt, distribuitur,
habet diversa loca, & Mansiones, quas quisque

fabrica Conventus existit convenienter disposita
ministrabit victum, & vestitum Procuratori Ge-
nerali pro tempore, & ipsius necessariis Ministris
quando sufficiant ad omnia ejusdem Conventus
elemosynæ. In quorum fidem has præsentis li-
teras dictus admodum R. P. Commissarii jussit
majori Sigillo sui officii, & utriusque subscriptio-
ne in dictis Conventu, die, mense, & anno qui-
bus supra F. Gildardus Duflos qui supra. Fr. Petrus
Joannetius, & Molina Secretarius Generalis Cu-
riæ. Loco ✱ Sigilli.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat suprâdictus Petrus Joannetius eodem
Gildardo Procuratore Generali approbante præ-
missa, quo firmius subsistant, ac servantur exa-
ctius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patro-
cinio communiri plurimum desideret.

§. 4. Nos ejusdem Petri Joannetii votis hac in
re quantum cum Domino possumus favorabiliter
annuere volentes, eumque a quibuscumque excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis
a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodatus existit,
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum
harum serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, supplicationibus ipsius Petri Joannetii
nomine nobis super hoc humiliter porrectis in-
clinati, præinsertas literas, & in eis disposita, &
contenta quæcumque auctoritate Apostolica tenore
præsentium confirmamus, & approbamus,
illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur
adjicimus.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore quodcumque spectabit, plenissi-
me suffragari. Sicque in præmissis per quoscum-
que Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cau-
sarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &
diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus su-
per his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-
dinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus
sit Ordinis præfati etiam Juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que, indultis, & literis Apostolicis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, con-
firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis illorum tenores præsentibus pro plene, &
sufficienter expressis ac de verbo ad verbum infer-
tis habentes, illis alias in suo robore perman-
suris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 1. Junii 1737. Pont. no-
stri Anno VII.

pro suo accepturus est merito. Itaque anxios
Apostolos de Morte Christi, & de sua infirmi-
tate trepidos, & de futuro premio sollicitos,
cum audivissent Petrum promptiorem animo, ac
fidentiorem, & qui ceterorum Caput, & Prin-
ceps constitutus fuerat, ter dominum ad Galli-
cantum negaturum, solatus est Christus Domi-
nus, dicens, in domo Patris mei Mansiones mul-
tæ sunt, significans his verbis, quod nemo eorum
licet alius alio fortior, alius alio infirmior, alius
alio justior ab illa felici Domo excluderetur, in
qua multæ essent mansiones, nempe diversæ me-
ritorum in una vita æterna dignitates. Siquidem
alia est claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia
claritas Stellarum, Stella enim a Stella differt a
claritate. Et non una expressa est in Evangelio fec-
unditas: nam facit aliud quidem centesimum,
aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesium:
ubi centenus fructus Martyribus, sexagenarius Vir-
ginibus, alius aliis assignatur. Multæ igitur in
Domo Dei Mansiones, non una Stellarum clari-
tas, non idem, sed multiplex est fructus, ita
etiam non una est Corona, quæ tempore perfec-
tionis accipitur: habet & pax coronas suas,
quibus de varia, & multiplici congressione Vi-
dores, prostrato, & subacto Adversario, co-
ronantur; libidinem subegisse, continentia pal-
ma est: Contra iram, contra injuriam repugnasse,
corona patientiæ est: De Avaritia triumphus est
pecuniam spernere; Laus est Fidei fiducia futuro-
rum, Mundi adversa tolerare: & qui superbus in
prosperis non est, gloriam de humilitate conse-
quitur: & qui ad Pauperum fovendorum miseri-
cordiam pronus est, retributionem Theauri
Cœlestis adipiscitur: & qui invidere non novit,
quique unanimis, & mitis fratres suos diligit,
dilectionis & pacis præmio honoratur. In hoc
Virtutum stadio, ad has Justitiæ Palmas, & Co-
ronas accipiendas Beatus Dei Servus Vincentius
a Paulo non solum ipse pervenit, sed alios etiam
plurimos opera, & exemplo suo perduxit. Nam
tanquam strenuus Dei miles deponens omne pon-
dus, & circumstans peccatum propositum sibi
certamen aliis virtute præcurrens inivit, & ad
longævam usque Senectutem adversus Principes,
& Potestates, & Rectores Mundi tenebrarum ha-
rum fortiter, ac legitime certaverit, & de manu
Domini in terra illa Beatitudine meruit coronari.
Quem autem Deus, qui facit mirabilia magna
solus, æternæ felicitatis premio donaverat in
Cœlis, in Terris quoque signis, ac prodigiis
illustrem reddere voluit, eo potissimum tempo-
re, quo in Galliis novatores falsi, fictisque mi-
raculis suos diffundere errores, pacem Catholicæ
Ecclesiæ turbare, simplices ab unitate Romana
Sedis abducere conabantur.

§. 2. Itaque Divinæ obsequentes Voluntati,
ut ad currendam viam salutis excitentur Fideles,
ut perverforum coerceatur pravitas, & hæreti-
corum confundatur improbitas, Servum Dei Vin-
centium ab universo fidei Populo, cujus regimi-
ni superna dignatione immerentes præsidemus,
Sanctorum Cultu, & honoribus colendum, ac
venerandum hodierna die Apostolica Auctoritate
decrevimus. Exultet igitur, & gaudeat Eccle-
sia, novum a Deo Patronum sibi oblatum esse,
qui pro peccatis Populi apud Dominum preces
adhibeat. Laudent cum universi Fideles, & eo
cultu, atque iis honoribus prosequantur, quibus
Deus in Sanctis suis honoratur. In Psalmis igitur,
in Hymnis, & Canticis spiritualibus, in
compunctione cordis, & egenorum miseratione
præclaram de Mundo, ac Diabolo relatam vi-
ctoriam, & spiritualem Servi Dei triumphum
celebremus. Tempia quidem in ejus honorem
immortali Deo ædificentur, sed nos, qui Tem-
plum Dei sumus, humanæ pravitatis labe pollue-
re, ac violare timeamus, demumque operam, ne
quid immundum, aut profanum Templo Dei,

Ad confun-
dendos per-
verforum er-
rores decer-
nit Summus
Pontifex Ca-
nonizatio-
nem B. Vin-
centii a
Paulo Funda-
toris Con-
gregationis
Missionis, &
Puellarum
de Caritate.

hoc